in eo sua penam aquirit et mandet soluere ad viii dies / deinde ad tres dies / extunc die sequenti quotiens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit toties sua pena judex in eo aquisivit si pena judicii et debitum creditori soluere contempserit / extunc fiscatur sua possessio / per hoc compellitur ut debitum creditori et penam judicii persoluat. Si autem possessione caruerit extunc banno compellitur et tunc bene potest comprehendi ubi visus fuit pro debito et pro pena Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit pena judicii demctur

De impedimento ad limina sanctorum

Si aliquis ad limina sanctorum aut nundinas extra provinciam aut extra terminos ire voluerit Et si aliquis ipsum pro debito impedire voluerit / hoc fieri non opportet. oportet tamen eius suum recipere coram suo judice Et si eum testibus vim adiudicatum fuit nundinas (?) inter duas ebdomadas optinebit quemcumque elegit aut judicio proximo

22

De pena qui scabinum turpibus verbis obruitur

Quicumque scabino in scamno judiciali improperavit aut turpibus verbis obruerit scabinus lucratur sua emendam xxx solidorum et judex sua pena aquirit. Obruerit autem scabinus post ipsum sua sententia diffinitiva sit et consensus aliorum scabinorum perierit extunc omnes emendas aquirit et judex penas et quot emende fuerint totiens pene judicii aquirit

23

De Concordia et rancore

Quando concordia inter discordantes coram judicio ordinata fuerit. deinde homo protestari potest cum judice et scabinis / ut si scabini mortui fuerint tunc protestatur hominibus fidedignis qui judicio affuerint. Quicumque scabini protestantur aut confirmant hoc judex cum ipsis debet protestare simul et confirmare. Sed ubicumque concordia ordinata fuit extra judicium hoc facilius potest probare vir cum sex testibus solus vii nota